



BIBLIOTECA  
COMUNALE  
DI TRENTO



UNIVERSITÀ DEGLI STUDI  
DI TRENTO  
Dipartimento di Lettere e Filosofia



FONDAZIONE  
**CARITRO**  
CASSA DI RISPARMIO DI TRENTO E ROVERETO

TRENTO (DIOCESI), *Officium proprium s. Simonis innocentis, et  
martyris Tridentini. Per totam dioecesin Trid. a secularibus, &  
regularibus die xxiiij. martij celebrandum. Iuxta s.d.n. Sixti papae  
Quinti decretum*, Trento, Carlo Zanetti, 1655.

Esemplare digitalizzato:

Trento, Biblioteca comunale, T I-op d 30

LINK: <https://bdt.bibcom.trento.it/I82>

[BDT – BIBLIOTECA DIGITALE TARENTINA](#)

progetto STABAT – *Stampe antiche Biblioteca comunale di Trento*



COMUNE DI TRENTO



STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* è un progetto concluso, cofinanziato dalla Fondazione Caritro (“Bando Archivi 2014”), dalla Biblioteca comunale di Trento e dal Dipartimento di Lettere e Filosofia dell’Università di Trento; gli altri partner del progetto sono la Soprintendenza per i beni storico-artistici, librari e archivistici della Provincia Autonoma di Trento e l’University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All’interno di Stabat sono state digitalizzate e descritte tutte le edizioni stampate in Trentino nei secoli XV-XVII che si conservano presso la Biblioteca e l’Archivio storico del Comune di Trento. Ogni digitalizzazione è accompagnata da una descrizione della stampa; tutto il materiale è liberamente consultabile sulla *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

In questo file le immagini hanno avuto in trattamento OCR e pertanto si possono fare ricerche testuali; le immagini presenti sul sito, dove si può trovare una descrizione completa dell’edizione, hanno invece una qualità maggiore.

Le immagini presenti nella *Biblioteca Digitale Trentina* sono rilasciate con licenza di Pubblico dominio, il presente PDF è distribuito con licenza Creative Commons Attribuzione – Non commerciale – Non opere derivate 3.0.

STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* is a project that was successfully concluded thanks to the support of a group of partners, namely the Caritro Foundation (“Bando Archivi 2014”), Trent Civic Library, the Department of Humanities of the University of Trento, as well as the Superintendence for Architectural, Landscape, Historical, Artistic and Ethno-anthropological Heritage for the Province of Trento and the University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All the editions belonging to the Library and the Civic Historical Archive that were printed in Trentino during the XV-XVII centuries have been digitised and described. As a result, each digital copy is accompanied by a record with specific data regarding the printed book, and is freely available to be consulted on *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

The images belonging to this file are OCR-converted, hence the text of this edition can be electronically searched. The images available on the website, on the contrary, have a higher resolution and are accompanied by a complete description of the edition.

The images available on the *Biblioteca Digitale Trentina* are public domain files; this PDF is available under the Creative Commons Attribution – Non-commercial – No Derivative Works 3.0 License.



Misc. T. d. 871.

BIBLIOTECA  
COMUNALE  
TRENTO

T
I -OP
d
30

TRENTO



K 692111

D 691962

Misc. I. d. 869 / 1 4

# OFFICIUM

PROPRIVM

S. SIMONIS INNOCENTIS,

ET MARTYRIS TRIDENTINI.

*Per totam Diocesim Trid. à Secularibus, & Regularibus die xxiiij. Martij celebrandum.*


**Iuxta S. D. N. Sixti Papæ Quinti  
decretum.**



**TRIDENTI,**

Ex Typographia Episc. M DCLV.





S

**F**

ben  
deli  
rum  
fud  
Cru  
nem  
Cle  
bea  
sua  
mai  
tibu  
ptu  
lace  
anin  
festi  
fici  
for  
dis  
plic  
iust  
Apo  
beni  
incl  
Epi  
San  
tium  
Frea  
pato  
ritib  
& p

# SIXTVS PAPA V.

Ad perpetuam rei memoriam.

**R**EGNI cœlorum, quod Christus Dominus paruulorum esse dixit, clauas in Beato Petro Apostolo nobis traditas, meritis licet imparibus, obtinentes; libenter Apostolicam nostram benignitatem, ad ea concedenda, inclinamus, per quæ Dei cultus, fidelium deuotio, ac beatorum Christi martyrum veneratio augeatur, eorum præsertim, qui non solum pro eius gloria vitam cum sanguine profuderunt; sed, qui in tenera quoque, atq; ad eò infantili ætate ad eiusdem Crucifixi Domini nostri IESV CHRISTI imaginem, & similitudinem cruciatus acerbissimos pertulerunt. Nuper si quidem dilecti filij Clerus Ciuitatis, & Diœcesis Trident. memoriam diuæ mortis recolentes beati Simonis pueri Tridentini martyris, qui ante vigesimum nonum suæ ætatis mensem completum à Iudeis perfidis detestabilem suorum maiorum impietatem in Christi Saluatoris nostri membris imitari volentibus, noctis silentio in eorum synagoga in Dominicæ Passionis contemptum abactus, & Crucifixi in morem sublatus carnibus eius forcipe dilaceratis, & creberrimis acubus perfossis, sanguinem suum, atque animam immaculatam emisit: & multis postea claruit miraculis, eius festiuitatem solemnius, ac religiosius celebrari cupientes, proprium officium tam Missæ, quàm Horarum, cum Hymnis, Antiphonis, Responsorijs, & Lectionibus eidem festiuitati congruentibus sub nostro, & Sedis Apostolicæ beneplacito confici, curauerunt, nobisq; humiliter supplicari, fecerunt, quatenus eorum pio desiderio annuentes, officium huiusmodi approbare, aliaq; de super opportune providere de benignitate Apostolica dignauerimur. Nos igitur pijs eorum votis ad Dei Gloriam benignè annuentes, & humilibus supplicationibus huiusmodi paterne inclinati, Officium ipsum per venerabilem fratrem nostrum Alphonsum Episcopum Tusculanum Gesualdum, & dilectos filios nostros Nicolaũ Sanctæ Cæciliæ Cremonen. Augustinum Sancti Marci Veronen. Vincentium Sanctæ Mariæ in via titularum Montis Regalis Presbyteros, ac Fredericum Sanctæ Mariæ in Dominica Diaconum Borromæum nuncupatos Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales Congregationi super sacris ritibus, & cæremonijs ecclesiasticis præpositos, ac per aliquos doctos, & peritos viros, ad id auctoritate nostra delectos, diligenter recogniti,

4  
examinatum, & seruata Breuiarij, & Missalis Romani forma emendatum Apostolica auctoritate tenore praesertium admittentes, illudq; recitari, permittentes, festiuitatem Beati Simonis martyris huiusmodi annis singulis perpetuis futuris temporibus Nono Kalen. Aprilis, quod si infra hebdomadam sanctam occurrerit, prima die post octauam Pasche Resurrectionis Dominica festo duplici non impedita, sub duplici, & praedicto proprio officio per vniuersas Ciuitatis, & Diocesis praedictarum Ecclesias tam Saeculares, quam Regulares, pro his qui secundum ritum Sanctae Romanae Ecclesiae diuinum officium persoluant, accommodato, solemniter celebrari, volumus, statuimus, & ordinamus: ipsumq; officium, vt praesertur, emendatum, separatim, & seorsum a dicto Breuiario Romano imprimi, & impressum vulgari, ac in Ecclesijs, & locis praedictis in vsum, & consuetudinem libere, & licite sine vilo conscientiae scrupulo introduci posse, indulgemus: ita vt omnes, & singula vtriusque sexus personae Ecclesiasticae tam Saeclares, quam Regulares officium beati Simonis huiusmodi in die illius festiuitatis recitantes debito suo perinde satisfecisse censeantur, ac si Horas Canonicas, & alia diuina officia iuxta eiusdem Breuiarij Romani praescriptum recitassent, nec de super a quoquam ea de causa molestari, perturbari, vel inquietari possint. Non obstantibus Apostolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Concilijs editis, specialibus, vel generalibus constitucionibus, & ordinationibus, etiamsi celebritas huiusmodi in postremo editis Breuiarijs, ac Missalibus reformatis non sit annotata, statutis quoque, & consuetudinibus ipsorum ordinum regularium, ceterisque contrarijs quibuscunque. Insuper, vt Christi fideles eiusdem Beati Simonis Martyris venerationi per exercitium priorum operum vacantes pijs eiusdem ante thronum Diuinae Maiestatis suffragijs adiunvi, & exinde Deo propitio vitam aeternam facilius consequi mereantur: de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus, & singulis vtriusque sexus Christianis fidelibus verè penitentibus, & confessis, ac sacra Communione refectis, qui in die festiuitatis eiusdem Beati Simonis martyris parochialem Ecclesia Sancti Petri Tridentini, in qua corpus eiusdem Beati Simonis martyris requiescit, a primis vespers vsque ad occasum Solis eiusdem festiuitatis deuotè visitauerint, ac ibidem pro Sanctae Romanae Ecclesiae exaltatione, Haeresumq; extirpatione, & infidelium conuersione, ac Reipublicae Christianae tranquillitate,

litate, vel alias pias preces, prout unicuique suggeret deuotio ad Deum effuderint, plenariam omnium, & singulorum peccatorum suorum Indulgentiam, & Remissionem concedimus, & elargimur. Presbyteris autem, & Clericis, ceterisque personis vtriusque sexus per Ciuitatem, & Diocesim predictam constitutis, qui eadem die Officium Beati Simonis Martyris recitauerint, ut praefertur, centum dies de iniunctis eis, vel alias quomodolibet debitis poenitentibus misericorditer in Domino relaxamus. Volumus autem, quod praesertim Transumptis etiam impressis manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicuius personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus fides vbique adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Dat. Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, Die viij. Iunij. M. D. LXXXVIII. Pontificatus nostri Anno Quarto.

Tho. Thom. Gualterutius.

*[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

424  
425  
426

S.

Co  
dei  
rap  
**Psa**  
An  
bea  
Syn  
**Psa**  
An  
car  
per  
gui  
**Psa**  
An  
infa  
stris  
nus  
**Psa**  
An  
Iesu  
a pl  
cem  
**Psa**  
omn

## IN FESTO

S. SIMONIS INNOCENTIS,  
Et Martyris Tridentini, Dup.*Ad Vesperas Antiphona.*

Consilium fecerunt impij Iudei, vt innocentem puerum raperent, & occiderent.

*Psalms.* Dixit Dominus.

*Antiph.* Tobias iniquus rapuit beatum Simonem, & eum in Synagogam clam deduxit.

*Psalms.* Confitebor.

*Antiph.* Tenentes puerum sc̄i carnifices, dicebāt ad inuicem: perforemus venas eius, & sanguinem eius bibamus.

*Psalms.* Beatus vir, qui timet.

*Antiph.* Crucifigatur a nobis infans iste: sicut a patribus nostris crucifixus est eius Dominus Iesus Christus.

*Psalms.* Laudate pueri.

*Antiphona.* In contemptum Iesu, quem adorant Christiani: a planta pedis vsque ad verticem non sit in eo sanitas.

*Psalms.* Laudate Dominum omnes gentes.

*Capitulum. Apoc. 14.*

**V**idi supra montem Sion, magnum stantem, & cum eo centum quadraginta quatuor millia habētes nomen eius, & nomen patris eius scriptum in frontibus suis.

*Hymnus.*

**P**er beate patriam  
Ingressus æternam, prius  
Quam firmiori prefferis  
Terræ solum vestigio.

**D**um tu simul cum paruulis  
Ab rege cęsis impio  
Illic triumphas lusibus  
Lętis, & agnum circuis.

**A**mica verte lumina  
Ad hæc tua incunabula,  
Et nos precando subleua  
Ad te, tuumque gaudium.

**D**eo Patri sit gloria,  
Eiusque soli Filio,  
Cum Spiritu Paraclito,  
Et nunc, & in perpetuū. *Am.*

**V.** Gloria, & honore coronasti  
eum Domine.

**R.** Et

**R.** Et conftituifti eum fuper  
opera manuum tuarum.

**T.** Tempore Pafchali fic terminā-  
tur hymni eiusdem metri.

**D.** Deo Patri fit gloria,  
Et Filio, qui à mortuis  
Surrexit, ac Paraclito  
In fempiterna fècula. Amen.

**V.** Sancti, & iufti in Domino  
gaudete, alleluia.

**R.** Vos eligit Deus in heredi-  
tatem fibi, alleluia.

**Ad Magnificat. Antiphona.**

Sacram præfentis diei folemni-  
tatem pia celebremus alacri-  
tate, qua beatus Simon virgi-  
nali fulgens aureola, & marty-  
rij redimitus corona, cælum  
lætus afcendit.

**Oratio.**

**D.** Deus innocentie reftitutor,  
pro cuius nomen beatus  
innocens Simon acerbiffimæ  
mortis fupplicio à perfidis Iu-  
dæis interemptus eft: præfta  
nobis, quæfumus, vt eius inter-  
cedentibus meritis, ab huius  
virg contagijs impolluti ad cæ-  
leftem patriam peruenire vale-  
amus. Qui viuus, & regnas  
cum Deo Patre in vnitare, &c.

**AD MATVTINVM INVI-  
TATORIVM.**

Chriftum regem innocentie  
auctorem

Venite adoremus.

**Pfalms.** Venite exultemus.

**Hymnus.**

**S.** Celeftus haurit fanguinem  
Iudæus integerrimum.  
Nec guttur obftrictū potest  
Lenire luctus queftibus.

**S.** Sed hostis immaniffimus  
Tibi nequiuit tam pio  
Prodelle corde, quam fera  
Crudelitate profuit.

**T.** nempè mundi lacrymis  
Pereptus emiffi bona  
Immenfa paruo impedio.  
O nofque Simon adiuua.

**L.** aus, & perennis gloria  
Deo patri, & filio,  
Sancto fimul Paraclito;  
In fèculorū fècula. Amē.

**Tempore Pafchali.**

**D.** Deo Patri fit gloria,  
Et Filio, qui à mortuis  
Surrexit, ac Paraclito  
In fempiterna fècula. Amen.

**In Primo Noct. Antiphona.**

Novit Dominus viam iuftorū,  
& iter impiorum peribit.

**Pfalms.** Beatus vir, qui, **Cum**  
**reliquis de cōmuni vnus mar-**  
**tyris.**

**Antiphona.** Conuenerunt im-  
pij Iudæi in vnum aduersus Do-  
minum, & aduersus puerū eius.

**Pfalms.** Quare fremuerunt.

**Antiphona.** Dixerunt perfidi  
Iudæi, non eft falus ipfi in Deo  
eius.

**Pfalms.** Domine, quid multi-  
plicati.

**✠ Glo.**

**V.** Gloria, & honore corona-  
sti eum Domine.

**R.** Et constituisti eum super  
opera manuum tuarum.

*Tempore Paschali.*

**V.** Sancti, & iusti in Domino  
gaudete, alleluia.

**R.** Vos elegit Deus in hzredi-  
tatem sibi, alleluia.

**P**ater noster. Exaudi Domine.  
Iube Domne. Benedictione  
perpetua.

De libro Apocalypsis beati  
Ioannis Apoltoli.

*Lectio prima. Cap. 14.*

**E**T vidi, & ecce Agnus sta-  
bat supra montem Sion,  
& cum eo centum quadragin-  
ta quatuor millia habentes no-  
men eius, & nomen patris eius  
scriptum in frontibus suis. Et  
audiui vocem de cælo tanquã  
vocem aquarum multarum, &  
tanquam vocem tonitruu mag-  
ni: & vocem quam audiui, si-  
cut citharcedorum citharizan-  
tium in citharis suis. Et can-  
tabant quasi canticum nouum  
ante sedem, & ante quatuor  
animalia, & seniores. Et ne-  
mo poterat dicere canticum,  
nisi illa centum quadraginta  
quatuor millia: qui empti sunt  
de terra. Hi sunt, qui cum mu-  
lieribus non sunt coinquinati,  
Virgines enim sunt. Hi sequũ-  
tur agnum quocunq; ierit. Hi

empti sunt ex hominibus pri-  
mitiæ Deo, & Agno: & in ore  
eorum non est inuentum men-  
dadium. Sine macula enim sũt  
ante thronum Dei.

**R.** Beati Simonis martyrium  
hodie celebremus: quem pue-  
rum à Iudæis crudeliter macla-  
tum, Tanquam gratissimum sa-  
crificium Angeli Domino præ-  
sentarunt.

**V.** Odoratus est Dominus odo-  
rem suauitatis, cui benedixit  
in æternum. Tanquam. Iube  
domne. Vnigenitus.

*Lectio secunda.*

**E**T vidi alterum Angelum  
volantem per medium cæ-  
li, habentem Euãgelium æter-  
num: vt euangelizaret sedenti-  
bus super terram, & super om-  
nem gentem, & tribum, & lin-  
guam, & populum, dicens ma-  
gna voce: timete dominum, &  
date illi honorem: quia venit  
hora Iudicij eius, & adorare  
eum, qui fecit cælum, & terrã,  
mare, & omnia, quæ in eis sunt,  
& fontes aquarum. Et alius An-  
gelus secutus est dicens: Ceci-  
dit, cecidit Babylon illa ma-  
gna, quæ à vino iræ fornicatio-  
nis suæ, potauit omnes gentes.

**R.** Dixerunt impij Iudæi in cõ-  
tumeliam Iesu, quem Christia-  
ni Deum colunt, huius pueri  
sanguinem exhaurimus. Sed

eu Domine ne obliuiscaris vo-  
ces inimicorum tuorum.

**R.** Superbia eorum, qui te ode-  
runt, ascendit semper: sed tu  
Iube domne. Spiritus sancti.

**Lectio tertia.**

**E**T tertius Angelus secutus  
est illos dicens voce ma-  
gna: Si quis adorauerit bestiam,  
& imaginem eius: & acceperit  
characterem in fronte sua, aut  
in manu sua: hic bibet de vino  
irae Dei, quod mistum est me-  
ro in calice irae ipsius. Et cru-  
ciabitur igne, & sulphure in  
conspetu angelorum sancto-  
rum: & ante conspectum Agni.  
Et sumus tormentorum eorum  
ascendet in saecula saeculorum.  
Nec habent requiem die, & ac-  
nocte, qui adorauerunt bestiam,  
& imaginem eius: & si quis ac-  
ceperit characterem nominis  
eius. Hic patientia sanctorum  
est, qui custodiunt mandata  
Dei, & fidem Iesu.

**R.** Viri impij dixerunt; oppri-  
mamus puerum istum iniuste,  
& deglutiamus eum tanquam  
infernum viuum. Ipsi enim ho-  
micide thesaurizauerunt sibi  
mala.

**R.** Haec cogitauerunt; & erra-  
uerunt; & excœcauit illos ma-  
litia eorum. Ipsi.

**Gloria Patri. Ipsi.**

**In secundo Nocturno. Antiph.**

Mirificauit Dominus sanctum  
suum, & constituit eum in pace.  
**Psalmus. Cum inuocarem.**

**Antiphona.** Intellege clamorē  
meum Domine: quoniam ad te  
clamaui.

**Psalmus. Verba mea auribus.**

**Antiphona.** Ex ore infantium,  
& lactentium, perfecisti lau-  
dem tuam Deus.

**Psalm. Domine Dominus nos-  
ter.**

**R.** Posuisti Domine super ca-  
put eius.

**R.** Coronā de lapide pretioso.

**Tempore Paschali.**

**R.** Lux perpetua lucebit sanctis  
tuis Domine, alleluia.

**R.** Et eternitas temporum; al-  
leluia.

**Pater noster.** Ipsius pietas. Iu-  
be domne. Deus pater.

**Lectio quarta.**

**S**imon Tridenti pijs paren-  
tibus natus cum menses vi-  
ginti nouem ætatis suæ nondū  
expleisset, à Tobia Hebræo pe-  
cunia ab alijs Iudæis corrupto  
in foribus paternis clam sorrip-  
turus. Deceuerant namque  
illi adueniente eorum pascha-  
te, puerum aliquem Christiani-  
num occidere: ut eius sangui-  
nem (quod Deo gratissimum  
fore existimabant) in azymis  
miscerent. Abreptus igitur do-  
mum

num Samuelis, quo plurimi  
 Iudæi cohueuerant, ducitur.  
 Inde noctis silentio in Synago-  
 gam fertur, ibi ei vestes detra-  
 hant, fauces eiulantis linea  
 vitta obstruunt: mox illum di-  
 stractis hinc inde brachijs; in-  
 star crucifixi sustinentes: in te-  
 nerum corpus, cuius aspectu  
 mitescere potuissent, vel fame-  
 lici lupi inaudita feuitia gras-  
 santur.

**R.** De sinu parentum raptus  
 beatus Simon crudelem in mo-  
 dum tanquam agnus a lupis oc-  
 cisus est, & in Domini nostri  
 agni immaculati libertatem  
 traslatus, Inter sanctos suam  
 sortem adeptus est.

**V.** Non priuabit bonis eos Do-  
 minus, qui ambulant in inno-  
 centia. Inter. Iube domne.  
 Chriftus perpetuz.

**LECTIO quinta.**

**V.** Nus autem ex eis truci  
 vultu cultro (qui & cruce  
 tatus in hunc vsque diem ostē-  
 ditur) summam puerilis virgæ  
 abscidit, alter forcipe frustum  
 carnis è maxilla abstraxit: tan-  
 tundem alius de pulpa crudeli-  
 ter decerpit. Interim stillan-  
 tem è plagis sanguinem, subie-  
 cta pelui in abominandos vsus,  
 excipiunt. Aderat, & qui, ne  
 suffocatus infans breuius tor-  
 queretur, necè vox altior erū-

peret, linteoli nodum modo  
 laxaret, modo restringeret: Ne-  
 que tali laniena exaturati, cre-  
 berrimis acubus omnes vndiq;  
 semimortua membra certatim  
 perfodiunt. Clamabantque, se  
 in Iesu contumeliam, quem  
 Christiani pro Deo colunt, id  
 facere: vt, quo pacto eorum  
 patres cruci Iesum affixerunt,  
 eo ipsi in puerum desauiant.  
 Gaudent immanissimæ feræ ri-  
 tuulos inuisi sanguinis toto cor-  
 pore scaturientes, aspicerè: &  
 commaculati miserabili asper-  
 sione gestiunt, donec ille sic  
 per horam excruciatu inter  
 cruentos carnifices animâ Deo  
 tradidit, Decimo Calēdas Api-  
 lis, Anno Domini Milleesimo  
 Quadringentesimo septuagesi-  
 mo quinto.

**R.** Dilaniatus forcipibus bea-  
 tus Simon, & acubus circum-  
 quaque perfossus, innocentissi-  
 mam animam in Dei manus  
 commendauit. Et aternam  
 gloriam ingressus est.

**V.** Consummatus in breui, ex-  
 plenit tempora multa, placita  
 enimerat Deo anima eius. Et  
 aternam. Iube domne. Ignem  
 sui.

**LECTIO sexta.**

**C.** Vm autem impij homines  
 sese suspectos populi que-  
 rimonijs intellexissent: pauidè  
 corpus axanijc suis vestibus

inuoluunt: atque in riuum subterfluentem projiciunt. Mox Ioanni Epifcopo denuntiant, ipfum corpus aquis deuectum cratis obiectu apud fe hefliffe. Quare illuc mittitur vrbis Prator, qui eo infpecto, quod adhuc integrum triduo permanferat, is enim erat Dominicę Refurrexionis dies, illos ratus scelus id perpetraffe, conijcit in vincula, tormentis afficit, & denique coheffos penis iuftifimis damnat. Dein publico decreto impię genti Ciuitate, atque agro Tridético interdicitur. Corpusculum vero innocentis pueri magno populi concurfu in Ecclefia Sancti Petri conditum eft. Quem miraculis clarum non folum Tridétini, fed etiam exteri, magna in veneratione habuerunt.

℞. Compreffa infantis voce ne vagiret, innocens eius fanguis ad te clamauit Domine, quem breuis horę fpatio tormentis erutum, fempiternis gaudijs perfui voluifti. Impios autem tortores merita morte damnatos aterna caligine circundari iuffifti.

℥. Dno hęc audini, quia potestas tibi eft Domine, & mifericordia; quia tu reddes vnicuique fecundum opera fua. Impios.

Gloria Patri, &c. Impios.

In tertio Nocturno. Antiph. Parauerunt impij Iudæi forci pes, vt dilaniarent in obfcuro innocentem puerum.

Pfalms. In Domini confido. Antiphona. Innocens Simon, & ficut macula habitabit in tabernaculo tuo Domine: & requiefcet in monte fancto tuo.

Pfalms. Domine, quis habitabit.

Antiphona. Præuenifti eum Domine in benedictionibus dulcedinis: pofuifti in capite eius coronam de lapide pretiofo.

Pfalms. Domine in virtute tua.

℥. Magna eft gloria eius in falutari tuo.

℞. Gloriam, & magnum decorem impones fuper eum.

Tempore Pafchali.

℥. Lætitia fempiterna fuper capita eorum, alleluia.

℞. Gaudium, & exultationem obtinebunt, alleluia.

Pater noster. A vinculis. Iube domne. & uangelica. Lectio fancti Euangelij fecundum Mattheum.

Lectio vij. Cap. 18.

In illo tempore, Accesserunt discipuli ad Iefum dicentes. Quis, putas, maior eft in regno cœlorum? & aduocans Iefus paruulum, ftatuit eum in medio eorum. Et reliqua.

Ho-

Homilia sancti Iohannis Chry-  
sostomi.

Hom. 5. 9. in Matth.

**C**Vriosè, inquit, scrutamini vos, quis vestrum maior sit: & de primatus honore contenditis. Ego autem: si quis humiliorem se cæteris non effecerit: ipsum ingressu cælesti omnino indignum, assero. Recte autem ante oculos ostensione paruuli totâ rem posuit, ipso aspectu eos conuertens, ac persuadens: vt absq; simulatione aliqua humilitatem amplectantur. Paruuli autem non inuidere, nec inanem expectare gloriam: nec primatus desiderare dignitatem nouerant: sed maximam hanc virtutem possident, puram dico simplicitatem, & humilitatem. Non ergo fortitudine tantum, ac prudètia: sed humilitatis quoq; virtute, & simplicitate, nobis opus est: quæ si non adest, salus nostra certè claudicat.

**R.** Infimus olim puer, & ignotus, nunc inter Christi martyres ascitus omnia potes in eo, qui te glorificauit. Quod miraculorum multitudo vnde qua que coruscantium demonstrat.

**V.** Id enim, quod in præsentem est momentaneum, & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æterni gloriæ

pondus operatur in nobis. Quod. Iube domne. Cuius festum colimus.

Lectio octaua.

**E**T quicumq; susceperit vnũ paruulum talem in nomine meo, me suscipit. Nõ enim solum, inquit, magna erit merces vestra, si tales efficiamini: verum etiam, si alios tales propter me honorabitis, propter vestrum erga illos honorem regnum vobis retribuetur: quodque omnium extremum est, me ipsum suscipietis: ita vehementer humilitate, & moribus, qui procul ab omni simulatione absint, afficior. Paruulos quidem hic simplices homines, atque humiles, quos multi spernunt, appellauit.

**R.** Intercede pro tua patria, beate Simon, adiuuent nos tua merita, Cuius precibus, & inuocatione multi desperata sanitate sani facti sunt.

**V.** Qui nostra sorditate pollui-  
mur, & superbia cõdemnamur,  
tua innocencia mundemur, &  
passione liberemur. Cuius.

**Gloria Patri. Cuius precibus.  
Legitur nona lectio de Homi-  
lia ferie occurrentis, & de ea  
fit comm. nisi transferatur post  
Pascha.**

Le-

**Q**ui autem scandalizauerit unum de pusillis istis, qui in me credunt: expedit ei, vt suspendatur mola afinariæ in collo eius, & demergatur in profundum maris. Nam, quemadmodum, qui hos paruulos propter me honorant, cælum possidebunt (inquit) imo verò cælo quoque ipso maius aliquid, atque præstantius. Sic, & qui despiciunt, ac vituperant (hoc enim scandalizare hic significat) maximo plectentur supplicio. Detrimentum autem, quod huius criminis causa homines inuadet, & acerba supplicia, ab his, quæ nobis notissima sunt, præ oculis posuit.

**T**e Deum laudamus.

**A**d Laudes, & per Horas,

**Antiphona.**

Consilium fecerunt impij Iudæi: vt innocentem puerum raperent, & occiderent.

**Psalms.** Dominus regnauit.

**Antiphona.** Tobias iniquus rapuit beatum Simonem, & eum in Synagogam clam deduxit.

**Psalms.** Iubilare Deo omnis terra.

**Antiphona.** Tenentes puerum, seu carnifices dicebant ad inuicem: perforemus venas eius, & sanguinem eius bibamus.

**Psalms.** Deus Deus meus.

**Antiphona:** Crucifigatur à nobis infans iste, sicut à Patribus nostris crucifixus est eius Dominus Iesus Christus.

**Canticum.** Benedicite omnia opera.

**Antiphona.** In contemptum Iesu, quem adorant Christiani, à planta pedis vsque ad verticem non sit in eo sanitas.

**Psalms.** Laudate Dominum de cælis.

**Capitulum.** Vidi supra montem Sion.

**Hymnus.** Puer beate, vt ibidè.

**V.** Iustus, vt palma florebit.

**R.** Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

**Tempore Paschali.**

**V.** Pretiosa in conspectu Domini, alleluia.

**R.** Mors sanctorum eius, alleluia.

**A**d Benedictus, **Antiphona.**

Extensus in modum crucis beatus Simon, & diris forcipibus, & acubus toto corpore fauciat, eleuatis oculis in cælum sanctum emisit spiritum.

**Oratio, vt supra.**

**AD TERTIAM.**

**Antiphona.** Tobias iniquus.

**Capitulum.** Apoc 14.

**V**idi supra montem Sion magnum stantem, & cum eo centum quadraginta quatuor millia habentes nomen eius, & nomen patris eius scriptum in frontibus suis.

Innocentis Mart.

**R.** bre. Gloria, & honore coronasti eum Domine. Gloria.

**V.** Et constituisti eum super opera manuum tuarum. Coronasti.

**G**loria Patri, &c. Gloria, & honore.

**V.** Posuisti Domine super caput eius.

**R.** Coronam de lapide pretioso. *Tempore Paschali.*

**R.** bre. Sancti, & iusti in Domino gaudent, Alleluia, alleluia. Sancti.

**V.** Vos elegit Deus in hereditatem sibi. Alleluia, alleluia.

**G**loria. Sancti, & iusti.

**V.** Lux perpetua lucebit sanctis tuis Domine, allel.

**R.** Et aternitas temporum, allel.

**AD SEXTAM.**

**Antiphona.** Tenentes puerum.

**Capitulum.** *Apoc. 14.*

**H**I sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati: virgines enim sunt, & sequuntur agnum quocumque ierit.

**R.** bre. Posuisti Domine super caput eius. Posuisti.

**V.** Coronam de lapide pretioso. Super caput.

**G**loria, &c. Posuisti.

**V.** Magna est gloria eius in salutaris tuo.

**R.** Gloriam, & magnum decorem impones super eum.

*Tempore Paschali*

**R.** bre. Lux perpetua lucebit sanctis tuis Domine, Alleluia, allel. Lux.

**V.** Et aternitas temporum. Alleluia, allel.

**G**loria. Lux perpetua.

**V.** Læticia sempiterna super capita eorum, alleluia.

**R.** Gaudium, & exultationem obtinebunt, alleluia.

**AD NONAM.**

**Antiphona.** In contemptu Iesu.

**Capitulum.** *Apoc. 14.*

**H**I empiti sunt ex hominibus primitiæ Deo, & Agno, & in ore ipsorum non est inuentum mendacium: sine macula enim sunt ante thronum Dei.

**R.** bre. Magna est gloria eius in salutaris tuo. Magna.

**V.** Gloriam, & magnum decorem impones super eum. In salutaris.

**G**loria Patri, &c. Magna est gloria.

**V.** Iustus, ut palma florebit.

**R.** Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

*Tempore Paschali*

**R.** bre. Læticia sempiterna super capita eorum, Alleluia, alleluia. Læticia.

**V.** Gaudium, & exultationem obtinebunt. Alleluia, alleluia.

**G**loria Patri. Læticia.

**V.** Pre-

**V.** Pretiosa in cōspectu Domini, alleluia.

**R.** Mors sanctorum eius, allel.  
**IN II. VESPERIS.**

**Antiphonæ. & Psalmi, vt supra in primis Vesperis, Psal. vltimus, C redidi. Capitulum, & Hymnus, vt supra.**

**V.** Iustus, vt palma florebit.  
**Tempore Paschali.**

**V.** Pretiosa in cōspectu Domini, alleluia.

**R.** Mors sanctorum eius, allel.  
**Ad Magnificat, Antiphona.**

**Lætare sterilis, quæ non paris,**

erumpe, & clama, quæ nõ parituris, sed tu magis lætare mater, lætare, & iubila Tridentina Ecclesia tãti filij ditata gloria.

**Oratio, vt supra.**

Si hoc festum transferri contingat post Oct. Paschæ, Inuitatio, Oratio, Antiphonis, versibus, responsorij lectiõnum, & breuius addatur. Alleluia, & Psalmi nocturnorum dicuntur sub prima Antiphona cuiusq; nocturni, vt in alijs festis tempore Paschali.

**F I N I S .**



BIBLIOTECA  
COMUNALE  
TRENTO

T

I-op

d

30

Misc. I. d. 869 / 4

**OFFICIUM**  
PROPRIVM  
S. SIMONIS INNOCENTIS.

Re-  
m.  
inti



x-rite

colorchecker

MSCC-PCC0613

mm

MSCC-PCC0613

LV.